Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

Transite in chalanne et videte
et inde ite in emach magnam et descen-
dite in geth palestinorum et ad op-
tima quaeque regna horum si latior
fines vestros fines vestros. Qui se
parati estis in diem malum: et
appropiatis solio iniquitatis:
Qui dormitis in lectis eburneis: et lassamini in stratis vestris
Qui comeditis agnum de grege
et vitulos de medio armenti: qui
canitis ad vocem psalterii. Sicut
david putaverunt se haec vasa canti-
ci: bibentes in phialis vinum: et
optimo unguento delibuti: et nil
patiebantur super contritione ioseph:
Quapropter nunc migrabunt in capite
transmigrantium: et auferetur factio
lasciniantium. Iuravit dominus deus
in anima sua: dicit dominus deus exer-
cituum. Detestor ego superbiam ia-
cob: et domos eius odi: et tradam
civitatem cum habitatoribus suis Et
si remanserint decem viri in
domo una: et ipsi morientur: et
tollet eum propinquus suus et com-
burent eum ut efferat ossa de do-
mo: et dicet ei qui in penetralibus
domus est: Numquid adhuc re-
nes te est: et respondebit: finis est
et dicet ei. Tace: et non recorde-
ris nomen domini. Quia ecce dominus
mandabit: et percutiet domum
maiorem ruinis: et domum minorem
scissuris. Numquid current
in petris equi: aut arari potest
in bubalis. Quoniam convertistis in
in amaritudinem iudicium et fructum
iustitiae in absinthium: qui laetamini in
nichilo: qui dicitis: Numquid non
in fortitudine mea assumpsimus no-
bis cornua. Ecce enim suscitabo
super vos domum israhel dicit dominus
deus exercituum gentem: et conterent
vos ab introitu emach usque ad
torrentem deserti VII
Et ostendit michi dominus
et ecce fictor locustae in prin-
cipio germinationis serotini
imbris: et ecce serotinus post ton-
sorem regis et factum est cum con-
masset comedere herbam terre dixi
Domine deus exercituum esto obsecro
Quis suscitabit iacob quoniam
parvulus est: ignoscetur domino super hoc. Non
erit dixit dominus. Hoc audivit michi
dominus deus. Et ecce vocabat iudi-
cium ad ignem dominus deus: et devora-
vit abyssum vehementem et comedit sul
partem. Et dixi. Domine deus quiesce
obsecro. Quis suscitabit iacob quia
parvulus est. ignoscetur est domino super
hoc. Sed et istud non erit dixit domi-
nus deus: Hoc audivit michi dominus deus
Ecce dominus stans super murum limum
et in manu eius trulla concitatory
Et dixit dominus ad me. Quid tu vi-
des amos. Et dixi trullam cemen-
tarii. Et dixit dominus. Ecce ego pona
trullam in medio populi mei israhel
Non adiciam ultra ut pertranseam eum:
et demolientur excelsa idolorum et sa-
nctificationes israhel desolabuntur
et consurgam super domum hieroboam
in gladio. Et misit amasias sacer-
dos bethel ad ieroboam regem
israhel dicens: Rebellavit contra
te amos in medio domus israhel
Non poterit terra sustinere omnes
sermones eius: Haec enim dicit amos
In gladio morietur hieroboam: et
israhel captivus migrabit de terra
sua. Et dixit amasias ad amos
Qui videris vade: fuge in terram